

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrvm Misericordiæ Palativm

Variis Sacræ-Scriptvræ Locis, Atqve Septem misericordiæ operibus quasi
peristromatibus exornatum

Gazaeus, Nicolaus


Augustae Trevirorum, 1618

Quod vitam pauperum nimium inuestigare charitatem lædat. c. 14.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54477](#)

60 SACRVM MISERICOR.

na vestra vos pauperum & indigentium vitam inuestigare, nam quos inopia & paupertas læsit, hos charitas & Misericordia vestra reficit. Quod si forte animaduersione dignos quosdam repereris, hos alimentis corporalibus satiatos, animæ cibo reficias & sustentes.




QVOD VITAM PAV-
PERVM NIMIVM INVE-
STIGARE CHARITA-
tem lædat.

CAPVT XIV.

NE igitur curiosus vita pauperis inuestigator fias prout te monet D. Ioannes Chrisostomus, *Si perpetuo* (inquiens) curiose scrutaturus es pauperes, fiet ut saepenumero, probatum coram Deo pratergrediare mercedemque quam ex eo habiturus eras, perdas, atque etiam is qui reprobum recipit, sine culpa erit, immò & mercedem habebit. Qui vero intempestiuua sua curiositate præcipuum quempian neglexerit, penas etiam dabit. Ne scruteris igitur curiose pauperum vitam atqui nego-

*Hom. 21. in
ep. ad Rom.*

negotia: nam extrema illud insolentiae est pro uno pane, totam hominis vitam miseram curiose inquirere. Nam etiam si homicida, si latro, aut alius huiusmodi fuerit: an non videatur tibi plane, vel modico argento dignus? Si autem malus & peruersus fuerit, nunquid beneficium recipiendo deterior fiet? immo forte per gratiam Dei emendabit se. Quod si unusquisque que victui necessaria sunt denegauerit, impoenitens morietur. Da igitur omni indigenti, & si indigens beneficio indignus est, Christus tamen in quacumque beneficium confers acceptum habebit.



Q V O D O P O R T E A T
IVSTO POTIVS QVAM IN-
IVSTO IN A EQVALI NE-
cessitate constituto, sub-
uenire.

CAPVT XV.

L Icet autem vtrisq; in extrema necessitate constitutis subueniendum sit, consulerem nihilominus iusto prius largiendum. si in æquali necessitate fuerit, quā iniū-